

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm|| Insectorvm

Jonston, Jan


Heilbrunna, MDCCCLXVIII.

VD18 90529197

Illustration: Tab. I. Apes. Bienen. Immen [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11095


Apes . Bienen . Immen .




Fuci . Bombylui . Hummeln .



Vespæ . Wespen et Crabrones . Hornausen .



Cicadæ . Krichart .



mescunt. Ad hos pertinent quos *κύπεις κεντρίκαις* Graeci, Latini *Culices Herculeos* vocant. Inertes vivunt, et nonnisi ex occisis sui generis culicibus cum succo et sanguine plenos conspexere, viicitant. *κύπεις, vel σκυπεῖς, ἀπὸ τῆς κύπειαν*, quod mordendo vellicent et pruritum excitent dicuntur: Theophrastus vocavit etiam

Theophr. *ψύρες.* Videntur, secundum Plini H. P. 2. cap. um, ex humore dulci subdito corrult.

Theophr. *H. P. 4. c. 17.* Theophrasto sumptum est. Velarandus Insulanus Pharmacopaeus,

ex quercus pillula, et gallae foraminulenta meditullio frequentes prorumpere observavit. Proveniunt et in ulmo, napo, rapis, polio, lentisco, terebintho, et aliis, cum vel fine putrefactione. Humorem ulmi vesicis prima germinatione inclusum si aruerit, in *κύπεις* mutari, Symphorianus author est. Hortos praecipue riguos infestant et incolunt. Pyramidis instar in aere sublimes videntur, vesperi praecipue et juxta sepes. Obliti fere eramus

Arist. H. A. *Vinaceorum*, quos forte Aristoteles I. cap. 19. *κόνωπας* vocat. Trahunt ex vermiculis, qui in faece aceti gignuntur,

Arist. H. A. *g. c. 20.* originem, *ἐκ σκωλήκων, οἱ γίνονται ἐκ τῆς ωρὴς τὰ ἔχοντα ιδύοντα.* Generantur ter septem diebus. VVotonus in igne quoque nasci scribit: quod difficulter credetur.

In America circa metam incognitam et ad Nicolai portum mirae

sunt magnitudinis. Incolae *Yetin* vocant. Lerius inter pulices numerat apud Nierembergium nisi sphalma non est. In *Braßilia* est genus quoddam paulo minus vulgari- bus tinnulis, elegantissimi coloris. Mareg. H. N. Braßl. c. 7. Crura habet exilia sex brunni coloris, rarissimis pilis hirsuta: Caput rotundum in duas partes veluti fissum, superiusque ex viridi elegantissimus color resplendet ad latera purpurascens. Posterior corpus definit in aculeum satis longum, superius ex viridi elegantis aurei coloris et pilis rarissimis hirsutum: habetque quinque juncturas subnigricantes: alas duas tenues satis longas, iridis colores representantes, imo superantes: in capite cornicula duo, etc. Sed haec per microscopium exploranda. In *Nieremb. Hispaniola* invisibilis quidam sunt, sed adurentis iectus. Littora amant, nec in interioribus inveniuntur. In ramis arborum circa eos praesidium. His domos cingunt. Huc forte *Musca Culiciformis* Moufeti spectare, nisi coire scriberet, quod Culicibus negavimus.

Aldrovandus, ne et circa istos nobis deesset, duas iconum variorum tabulas proponit, iisdem duas alias species adjicit. Qui exacte cum muscis Moufeti comparaverit, haud paucas inter eas inveniri fatebitur.

Prima tabula n. 1. *Culex communis* dicitur. Vide p. 386. Bonon. editionis.

Aldro. 1. 1. Insect. e. 1.

TITVLVS II.

De Insectis Coleopteris seu Vaginipennibus.

CAPVT I.

De Locustis.

ARTICVLVS I.

De Locustis in genere.

Tantum de Anelytris tam quadripennibus quam bipennibus sufficiat: sequuntur Coleoptera seu *Vaginipennia*, *Locustae* nempe, *Gryllus*, *Scarabaeus*, ad quem *Proscara-*

baeus spectat, *Cantharis*, *Ips*, *Buprestis*, *Coccojus*, *Cicindela*, et *Blatta*. Nullo aculeo infestare, difficulter volare, pennas fragiles et cortici inclusas habere, sedentia potius quam alata